



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

39. Qua ætate sacerdotes ordinari debeant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

400 PRIMA APPENDIX
Quia dignum est ut severitatem disciplinæ ecclæsiasticæ sentiat qui salubriter à sanctis patribus instituta observare contemnit.

Desunt aliquot verba in canone isto, quæ sic interjadienda sunt ex editione canonum istius Concilij Aurelianensis: approbari anno integro Missas facere non præsumat, quam rem si quis observare noluerit, & contra consensum fratrum faciens, Missas celebrare &c. Error fuit librarij.

Qua ætate Diaconi ordinentur.

Capitulo xiiii.

Conc. Agath.
e. 16.

XXXVII. Episcopus verò benedictionem diaconatus minoribus à viginti & quinque annorum penitus non committat. Sanè si conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est ut sequestrato mansionis cubiculo, religione præmissa, postea quām pariter conversi fuerint, ordinentur.

Qua ætate Episcopi vel Presbyteri concercentur. *Ex eodem, cap. xvii.*

XXXVIII. Presbyterum verò vel Episcopum ante xxx. annos, id est, ad viri perfecti ætatem perveniat, nullus Metropolitanorum ordinare præsumat; ne per ætatem, quod aliquoties evenit, aliquo errore culpentur.

Qua ætate sacerdotes ordinari debeant. *Ex canonibus orientalium antiquorum patrum cap. xx.*

Concil. Neo-
cæsar. c. ii.

XXXIX. Si quis triginta ætatis suæ non impleverit

impleverit annos , nullo modo Presbyter or- Martin. Bras.
dinetur , et si valde sit dignus : quia ipse Do- c. 20.
minus in tricesimo anno baptizatus est , & sic Burchard. lib.
cœpit docere. Oportet ergo eum qui ordinan- 2. c. 10.
dus est usque ad hanc ætatem legitimam con-
servari.

De ordinatione Episcopi. *Ex Concilio Tole-*
tano i v. capitulo xix.

X L. Pernicosa consuetudo nequaquam
reticenda , quæ majorum statuta præteriens ,
omnem Ecclesiæ ordinem perturbavit , dum
alij per ambitum sacerdotium appetunt , alij
oblatis muneribus pontificatum assumunt ,
nonnulli etiam sceleribus implicati , vel secu-
lari militiae dediti , indigni ad honorem summi
facri ordinis pervenerunt. De quorum scilicet
causa atque remotione oportuerat quidem sta-
tuendum. Sed ne perturbatio quamplurima
Ecclesiæ oriatur , præteritis omissis , deinceps
qui non promoteantur ad sacerdotium ex re-
gulis canonum necessariò credimus inseren-
dum. id est . qui in aliquo crimine detecti sunt ,
qui infamiae nota aspersi sunt , qui scelera ali-
qua per publicam pœnitentiam admisisse con-
fessi sunt , qui in hæresi baptizati aut rebapti-
zati esse notantur , qui semetipso abscede-
runt , aut naturaliter membrorum defectu vel
defectione aliquid minus habere noscuntur ,
qui secundæ uxoris conjunctionem sortiti
sunt , aut numerosa conjugia frequentave-
runt , qui viduam vel à marito relietam duxer-
unt , aut corruptarum mariti fuerunt , qui con-
cubinas ad fornicationes habuerunt , qui ser-

Cc